#### Castoreum: dissertatio inauguralis ... / scripsit Josephus Ackerl.

#### **Contributors**

Ackerl, Josephus. Royal College of Surgeons of England

#### **Publication/Creation**

Pestini: Typis Trattner-Károlyianis, 1840.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/ug2qnnwu

#### **Provider**

Royal College of Surgeons

#### License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



6.

# CASTOREUM.

### DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

ANNUENTE

INCLYTA FACULTATE MEDICA

CONSENSU ET AUCTORITATE

MAGNIFICI DOMINI

PRAESIDIS ET DIRECTORIS,

SPECTABILIS D. DECANI,

NEC NON

CLARISSIMORUM

### DOMINORUM PROFESSORUM

IN

ALMA AC CELEBERRIMA SCIENT. UNIVERSITATE PESTANA

PRO

**OBTINENDIS** 

SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS

SCRIPSIT

Tosephus Ackerl,

HUNGARUS PESTIENSIS.

Theses adnexae defendentur in Palatio Universitatis minori Anno 1840.

PESTINI, 1840. Typis Trattner-Károlyianis. PERSONAL STATE OF THE STATE OF

MADO

ANNUENTE

INCINTA PACIDITATE MEDICA

CONSERSE BY AUGTORITATE

. WINOU IDEALN DANK

PHARRIDIN HT DIRECTORIS,

\* SPECTABILIS D, DECANI,

MEG. NOW

. CLARISSINGRUM

BORROSSING MUROSSOROR

101

ARMA ACCEPTEMENTHA SCHETC CHIVERSPANE PERTANA

0.119

MIGMANITHO MANAGEMENT NAMED IN COLUMN NAMED IN

SUMPRIOR IN MEDICINA HONORHUS.

SCRIPMT

Teapher Notest

SCAOLETS PESTHESHS.

heses admy an defende plus, in Palatio Universituals

PESCH NO. 1840.

Their Traitment Morolgianis.

### NOBILI

HI ATAGAMUM.

## SPECTABILI DOMINO

## JOANNI GÁL

INCLYT. COMITATUUM PEST, PILIS ET 'SÓLT UNIT. ARCHIVARIO ET PROCURATORIAE PRAESIDI, NEC NON EORUNDEM INCLYT. COMITA-TUUM, PROUT ET COMITATUS STRIGONIENSIS TABULAE JUDICIARIAE

ASSESSORI.

HAS PAGINALA

## VIRO

HUMANITATE,
INDUSTRIA, ET SINCERITATIS STUDIO
INSIGNI,

## Affini suo

IN

PROFUNDAE VENERATIONIS PIGNUS
HAS PAGELLAS
VOVET

Auctor.

moindie mir that to selection sibricum.

duarum

Castoreum animale productum respectu pharmacologico praestans desumitur a Castore Fiber L. animali in classe Mammalium locum occupante inter Glires e familia Palmipedum, e genere Castorinorum, qui degtt in Asia septentrionali, oris Europae septentrionalibus, in Russia, Polonia, Germania, Gallia, inprimis in America meridionali, in societatibus saepe magnis ad littora maris fluviorumque. Ob industriam, et artem, qua sua sibi domicilia struit, ob pellis pulchritudinem, et medicamentum tandem, quod largitur, celebris.

Character zoologicus: corpus Castoris est tres usque quatuor pedes altum, duos usque tres pedes longum, splendente, castaneo - brunea, vel nigra, imo alba quoque brevibus densis, aut longis tenuibus pilis obsessa pelle provisum, capite quadrangulari praeditum, os dentibus longis, forficiforme collocatis instructum incisores duos, molares in utraque mandibula quatuor gerens. Digiti extremitatum anteriorum breves separati, unquibus fortibus instructi, extremitatum posteriorum Iongiores, membrana natatoria iuncti. Cauda unius pedis longitudinem vix superans ovalem habet formam squammis praedita. In utroque sexu in ventre inter anum et genitalia notantur folliculi utrinque duplices, quorum posteriores magnitudinem ovi gallinacei adaequantes peculiari molli inquinante, ast non pingui substantia nomine Castorei insignita repleti, in anterioribus massa pinguis, axungia Castorei continetur. - Exhibet autem Castoreum substantiam

consistentiae sebaceae odoris fragrantis, ingrati, saporis amari, subacris: recens coloris ex albo aurantii, siccatum fusci, et friabile.

Duae in quaestu occurrunt Species Castorei,

quarum

I-ma et pretiosissima est Castoreum Sibiricum, vel Moscoviticum e Russia, Polonia, Borussia, et Germania advectum, continetur folliculo conoideo, vesiculae felleae analogo, parum adplanato, tuberoso, fusco, magnitudinis ovi gallinacei, ponderis trium usque quinque unciarum, in medio cavitate notato, (character maxime distinctivus): ab extus dura in plures lamellas separabili membrana obducto, ab intus textu celluloso intersito, ubi Castoreum cum cellulis concretum secernitur, quod in statu recenti coloris est flavescentis, consistentiae sebaceae inquinans non pingue; exsiccatum vero colorem obscure fuscum induens friabile, odoris perquam nauscosi, saporis stiptici amaro — aromatici. Magno admodum venit pretio.

II-da Species, multo vilior est Castoreum Anglicanum, s. Canadense ex America septentrionali, Canada allatum. Folliculi huius sunt oblongi, corrugati, magnitudinis multo minoris: ab extus membrana teneriori, ab intus textu celluloso multo subtiliori obducti, excavatione intermedia penitus deficiente, coloris fusci in nigrescentem declinantis. Castoreum ipsum lucidius tinctum, magis bruneo-flavum in aurantiacum vergens, debiliori ammoniacali odore, saporeque insignitur. Pretium illius multo vilius exstat.

Propter diversitatem contenti folliculorum Castoreum Canadense generatim pro artefacto habebatur: secundum analyses recentiores chemicas mimine confirmatum; sed potius minus resinosae Castorei Anglicani naturae diversitas ab alimentis, situ geographico, et climate dependet. Nihilominus tamen, licet Castoreum Anglicanum Sibirico postponendum, genuinum resinosum Castoreum continentes Canadenses dantur folliculi pro usu therapeutico ob pretium multo vilius minime rejiciendum.

Character distinctivus principalis utriusque speciei secundum *Pereira* collocatur in sequentibus: Injecto C. Canadensis frustillo in acidum salis dilutum, nulla manifesta oboritur reactio, cum e contra C. Sibirici impositione in idem acidum effervescentia similis illi, quae per marmor injectum elicitur, observetur, maiori Carbonatis calcis quantitati adscribenda. — Solvitur aqua, huic saporem coloremque impertiens, quiete rursus ab aqua separandum. Spiritus vini tenuis praecipue Kali impraegnatus; Ammonium, et Spiritus aetheris nitrici partes efficaces omnes extrahunt. Destillatio aquam odoram praebet.

Castoreum Canadense saepenumero arte conficitur e Gummi ammoniaco, Galbano, et parva ipsius Castorei quantitate, qua Capreolorum sacculi scrotales infarciuntur. Fraudem hanc distinguunt sacculorum parvitas, figura oblonga, color niger, odoris debilitas, textus cellulosi, et cavitatis in medio absentia.

### Relatio Chemica.

um cum Carbonate calois. L.) substantia castu-

Specie, Castorei utraque multiplici subiecta analysi chemicae virtutem Castoreum principalem suam materiae resinosae Ammonio iunctae, et subtili oleo aethereo tribuere debet; his iisdem in C. Canadensi minori quantitate, et multae cellulosae iunctis deprehensis.

Partes enim constitutivae Castorei Moscovitici iuxta analysim chemicam *Bohnii* detectae sunt sequentes:

quentes:
1.) Oleum aethereum (100 partibus 34 partes largientibus) albo-flavescens, pingue glutinans, odoris

illi Moschi analogi, saporis acris diu persistentis, amari, aqua levius, aqua destillata ex parte, alcohole perfecte solubile. 2.) Materia adipocerea cum substantia resinosa. 3.) Carbonas calcis. 4.) Substantia cellularis.

Pfaffius Carbonatem calcis pro distinctssimo Castorei genuini declarat signo Bouillon, Lagrange, et Laugier invenerant adhuc acidum Benzoicum, principium tingens ruffescens, Ammonium, et parva quantitate ferrum. Bizio chemice eduxit propriam in alboflavescentes crystallisandam aciculas, Castoreum parum redolentem, in aethere perfecte solubilem, nec acide, nec alcaline reagentem substantiam, cui Castorini nomen tribuit, quae cum acido nitrico tractata proprium acidum, Castorinicum, largitur, aleohole fervido, et aethere solubile.

dum analysim chemicam Brandesii sunt:

1.) Oleum aethereum (1000 partes saltem 10,0 dant) dilute flavescens odoris castorini fragrantis, aqua gravius in eadem solubile. 2.) Castorinum. 3.) Castorinum cum Carbonate calcis. 4.) Substantia castoreo-reo-resinosa, brunea, odoris illi Castorei analogi debilis, nullius initio saporis, tardius amarescentis, acris, in aethere et aleohole rectificatissimo solubile remanentibus in posteriore albis prismaticis minimis crystallis. 5.) Substantia osmazomo analoga, albumen, mucus animalis. 6.) Carbonas Ammoniae. 7.) Substantia cutanea cum diversis salibus; phosphas calcis cum natro.

Analysi secundum Brandes recentiori Castoreum Sibirienm combinando cum Canadensi in genere maior quantitas partium efficacium, essentialemve differentiam non in qualitate, sed in quantitate partium constitutivarum collocatam esse innotuit.

# Virtus pharmacodynamica.

energiam irritabilitatis, nominatim: organorum circula-Remedium istud iam antiquissimis notum Graecis medicis principalem virtutem omnino huic odorem saporemque concentranti Oleo aethereo in acceptis referre debet, quod tam larga quantitate largitur (vide principia constitutiva). Secundum pericula W. Alexander, et Jörgii, quorum prior duas drachmas, posterior unum scrupulum Castorei exprobandae illius in organismo sano virtutis gratia consumsere, indifferens se exhibuit, nullam praeter crebriores ructus exserens efficaciam, quamobrem Jörg Castoreum qua remedium e pharmmopaeis penitus eliminandum esse censuit. Attamen quis peritorum medicorum practicorum, quibus pluribus excellens antispasmodica Castorei virtus nota est casibus, huic asserto aequo animo consentiet? Cum copiosa dentur pharmaca quae in sanis nulla in oculos incidente stipata reactione, in morbis procul dubio praestantissimis therapeuticis inserviunt remediis. - L. Sachsius autem qua specifico tantum odoramento pro statu systematis nervosi organorum olfactus alienato, Castoreo in Pharmacologia volatilissime stimulanti remedio concesserat locumba analymide analyminolda many

Castoreum itaque in universum systema nervosum generatim non tam intense agens virtutem suam vix non exclusive ad systema gangliosum organorum abdominalium relegat, partim erethisticam in atonia locatam huius sphaerae irritabilitatem et sensibilitatem sedans, partim quantitative perversam vitalitatem abdominalium, inprimis systematis uterini nervorum exaequans. Se habet itaque in utraque relatione ad Asam foetidam, eadem efficacia stipatam, uti Ammonium ad Moschum; hoc est: vera illa vitam nervorum roborante, energiam internam excitante proprietate destituitur, qua Asa foetida, et Moschus, illa in symdessituitur, qua Asa foetida, et Moschus, illa in sym-

pathicorum, hic in cerebralium nervorum systemate antecellunt. Alioquin Castoreum dosi saltem magna energiam irritabilitatis, nominatim: organorum circulationis excitat; dosibus vero consuetim exhibitis parum efficaciae in lucem prodit. Maxime characteristica autem ad organa muliebria gaudet relatione: sexui sequiori in genere melius conducens, quam virili. Systema praeterea vasorum in organis abdominalihus magis excitat, ac Moschus. Hinc usu illius in statu inflammatorio, plethorico cum propensione ad haemorrhagias et congestiones minime conveniente, in adynamia systematis nervosi organorum abdominalium alienata Castoreum praeclarum nullo alio commutandum exhibet remedium.

Antiquiores medici, uti: Tralles, Bonn Castoreo virtutem pharmaci Opium corrigentis adscribebant. Observante G. A. Richter Hystericis et Hypochondriacis male plerumque inserviens Opium in connubio cum Castoreo multo magis complacuisse, imo anti-spasticam virtutem alacrius manifestasse; phaenomenon hoc inde explicatum habere videtur, quod Opium ad reliquorum Narcoticorum similitudinem irritabilitatis in primis activitati, facultative motrici systematis nervosi plexuum abdominalium stimulum addens relativum huius sphaerae super sensibilitatem praepondium exserat eo magis, cum Hystericarum et Hypochondriacorum sensibilitas habitualiter alienatam praebeat adfectionem, Castoreum e contra hanc sensibilitatem quantitative in activitatem ponens, qualitativeque regendo illud noxium praepondium deprimit.

Est proin Castoreum unum e praestantissimis Remediis Nervinis volatiliter stimulantibus, quod,
absque exaltatione systematis vasorum, inordinate excedentem, ex atonia erethistica provenientem nervorum
activitatem sopit, domatque. Subiectis sensibilioribus,
et morbis spasticis maxime conveniens, ut quod a natura

animali minus alienum organismo etiam humano stimulum adplicat mitiorem.

Castoreum communiter iidem exposcunt morbi, in quibus Moschus indicatus est, licet peculiari huius volatiliter stimulante, energiam sensibilitatis systematis in primis cerebralis excitante virtute destituatur, morboseque agentium pectoralium, et abdominalium nervorum alienationem potius, quam incitationem in perversa nervorum vitalitate ab utero proveniente radicatam inducit. Maiorem exserit Castoreum in morbosa systematis haematophori irritabilitate efficaciam. Castoreum itaque indicatur frequentissime in sequentibus morborum systematis nervosi formis:

In febribus nervosis, dum nervosus status curriculum suum inchoat, in connubio cum Valeriana silvestri, et Ammonio. In febribus typhosis a Castoreo ob virtutem volatiliter stimulantem debilem parum exspectandum, nisi vehementibus abdominalibus spasmis his complicatis.

In Neurosibus abdominalibus, quae praecipuum efficaciae Castorei constituunt forum. — Casus se sistunt frequentes febrium gastricarum cum spasmis ventriculi convulsivis in sequelam largae materiae biliosae evacuationis Castoreo cum acido carbonico iuncto forma pulveris aerophori cito cedentes. In morbis febrilibus, si praesente cardialgia ab emetico indicato reactionem fortem, et perversam timemus, optimo effectu huic Castoreum iungitur.

Virtus Castorei in spasmodicis insultibus chronicis luculentissime in oculos incidit, sub qualibus circumstantiis, tonicis exclusis, contra clonicas ex abdomine, et genitalibus originem ducentes adfectiones
spasmodicas inservit. Eminet itaque

In Hysteria, in qua proprii specifici, et omnium Antihystericorum essicacissimi remedii nomine donari meretur. Spasmis hystericis solo jam odore saepe nu-

mero sopiendis. Interim saltem pure dynamicum, cum morbosa in abdomine vegetatione conjunctum, perdurante charactere donatum profligare valet malum. Nihilominus tamen qua palliativum tantum remedium vehementes delens spasmos contra reiteratum illorum insultum non munit. - Spasmodicis ab exorbitantia instinctus sexualis provenientibus adfectionibus magis convenit; praesertim si Hysteria abdominalium spasmorum forma e systemate uterino orditur, uti: apud Colicam uterinam, nodum hystericum, anomaliam menstruationis, hysteriam libidinosam, furorem uterinum. - Cedunt quoque Castoreo in sensibilitate systematis nervosi organorum sensuum morbose exaltata, Coenesthesique perversa fundatae adfectiones hystericae, uti: vertigo hysterica, leipothymiae, clavus hystericus; porrö fixi abdominis stimuli cum exorbitante systematis nervosi sensibilitate in connubio cum remediis solventibus.

Licet plerisque Hystericis remedium gratum, aliqua tamen, ut videtur, nequaquam tenera, sensilia, organismo ad phlogosim prono praedita, laxa individua eiusdem adplicationem minime perferunt. - Cum experientia constet, in Hysteria combinationem plurium antispasmodicorum optime conducere, Castoreum solum nusquam exhibetur, sed pro diverso statu systematis nervosi, et haematophori diversis conjunctum aliis pharmacis; sic: praesente erethismo systematis haematophori cum Nitro, Cremore tartari; ad obtinendum longiori durantem mora effectum, et resolutionem inducendam cum gummiresinis foetidis, Valeriana; in notabili systematis nervosi adynamia cum Moscho, Oleis aethereis, praeparatis Ammoniae, Aethere; praedominante aciditate cum remediis absorbentibus; in exorbitantia systematis nervorum cum Opio; apud hystericos habituales spasmorum insultus cum floribus Zinci, Vismutho maximo propinatur fructu. — Hypochondrismus ob materialem magis formam minorem experitur effectum, exceptis diversis in adynamia systematis nervorum abdominalium erethistica locatis adfectionibus spasmodicis; ast phaenomenis his recensitis hystericam induentibus formam maior exspectanda est efficacia.

Haemorrhagiae spasticae campum exprobandae Castorei virtutis exhibent tunc quoque, si orgasmus systematis vasorum e nervoso erethismo oriundus praesens est, eo magis, quo huic clarius abdominales spasmi conjuncti sunt: In Melaena cum spasmodica abdominis obstructione in connubio cum Asa foetida utile se exhibuit. Uti in haemorrhoidalibus adfectionibus, in fluentibus et suppressis haemorrhoidibus, in blennorrhagiis in plethora, et congestionibus versus has partes minus, quam in systematis gangliosi organorum abdominalium spasmis radicatis. Apud Metrorrhagias quoque spasmodicas excellit cum Opio coniunctum. Sic in aliis organorum abdominalium spasmis laudatur. Kerksig Cardialgiae pure nervosae aeque cum Opio opposuit: in Singultu spastico suo quoque est loco. Utilis se perhibuit Castorei adplicatio tum apud spasmos nervos systematis uterini infestantes cum extractis saponatis, et solventibus salibus mediis, cum apud hystericum et hypochondriacum Asthma cum liquore anodyno min. Hoffmanni. Spasmodici arthriticorum dolores organorum digestionis saepe numero Castoreo cedunt.

In Epilepsia Thouvenel adhibuit dosibus magnis a dr. sem. usque une. semis propinatis. Spasmi ex anomalia catamenialis, et lochiorum fluxus provenientes sic convulsiones gravidarum, parturientium, et puerperarum optime usu Castorei profligantur. — In Catalepsi, cum haec plerumque hystericae sit naturae, partim ad tollendum insultum, partim cum tonicis ad curam radicalem aliquid sperare licet. — In Paralysi contra remanentem, post insultum apoplecticum, statum spasticum, et hyperethismum systematis nervosi, fortiori-

bus Antispasmodicis ob timendam versus encephalon, congestionem contraindicatis, Castoreum saepe se exhibuit celebre. Lentin quoque in congestionibus versus uterum gravidarum activis, et hine provenientibus illius spasmis qua prophylactici contra abortum efficaciam Castorei magnam se vidisse asserit.

## Modus Adplicationis.

Capacitas organismi adpropriandi, Receptivitasve vitae sensiferae erga Castorei actionem a priori erui vix valet, hinc tam dissentientes Auctorum circa Dosim opiniones, indeque explicatur, quomodo sive magna, sive parva Dosis eodem saepe est stipata effectu. Interim satiús est ca Dosi inchoare, qualem casus specialis exposcere videtur, non vero ad analogiam medicaminum aliorum efficacium eventum quoque sinistrum in ducere valentium; ut a minimis incipiatur. — Datur vero ntegra Castorei substantia a granis 5-10 p. d. - forma pulveris a scrup. sem. - unum pro mychthemero, cum Castoreum tam aqua, quam alcohole perfecte non solvatur, - v. forma pilidarum, si actio lenta requiritur in connubio cum gummiresinis. Boli, Electuarique forma accomoda non est. Potest etiam ope mucilaginis in aqua suspendi, et sub hac forma per clysma adplieari.

Praeparata in omnibus illis adhibentur casibus, in quibus Castoreum indicatum forma pulveris exhiberi nequit, vel cum aliis pharmacis volatilibus coniungendum, suntque iuxta Pharmacopaeas diversas diversas:

1.) Tinctura Castorei spirituosa, vel vulgaris, iuxta Ph. aust. bav. bor. paratur Cast. unc 2 cum
alcohole rectificatissimo leni igne digerendo, brunea,
odoris et saporis castorini fragrantis. Exhibentur 20—
60 guttae.

2.) Tinctura Castorei aetherea, iuxta Ph. sax. bor. e Cast. unc. 1 cum Spir. aeth. sulf. per octiduum digestione obtinetur, fusca saporis priore amoenioris. Dosis a 10—20 gutt. adscendit. Richter in Amaurosi partes aequales Tinct. huius et spir. sal. ammon. pro inunctione in palpebram superiorem, regionemque orbitalem bono successu adhibuit.

3.) Tinctura Cast. composita, s. Elixirium antihystericum, foetidum, uterinum. Secundum Ph. edinb, Castor. or. unc. 1 Asae unc. sem. Ammon. spir. vini lib. 1 per triduum digerendo, et colando conficitur; iuxta Ph. antiq. Opium quoque continens. Remedium antihystericum efficax contra cardialgiam, colicam flatu-

lentum a dr. 1 - unc. sem. p. d. propinandum.

4.) Aqua Cast. vinosa. Ph. han. parat fol. Rutae sicc. part. 6 cum vini acidi part. 72 perfundendo, per 24 hos. macerando, postea aquae part. 72 infusis, totidem part. inde destillando, pro Antihysterico praestanti, Tineturisve amoeniori habetur. remedio, analysi Bonnii chemicae superstructa, qui solutionem Cast. aquosam cum addito pauxillo spir. vini fragranti, Tincturasque antecellente odore praeditam omnibus aiiis anteponit praeparatis, imo super Cast. destillatam aquam efficacem declarat.

5.) Troschisci Castorei iuxta Ph. aust. parati e Cast. dr. 2 Sacchari une. 4, macilagine gummi Tragagant. ea quantitate, ut massa in trochiscos gr. 3.

redigi possit.

6.) Oleum Cast. aethereum, alboflavum, leve pingue odoris fragrantis, saporis amaro acris; secundum Bonn casu magnae exoptandae efficaciae in apoplexiis, animi deliquiis, statu soporoso, imo qua remedium odorum aliis praeferendum: exagerato venit pretio.

Externe Castorum remedio odoro, aut clysmatibus antispasmodicis e Cast. dr. sem — 1 in infuso Chamomillae, v. Valerianae inservit. — Unguentum ob pretium insigne raro praescribendum.

## Theses.

acquales Tinct, buins of spir, sal. ammon, pro inqu-

- 1. Homini cibus mixtus ex utroque regno optime convenit.
- 2. Hydrophobia canum ab aliis eorum morbis aegre distinguitur, et praecipuam causam in defectu occasionis instinctum sexualem exerendi habet.
- 3. Quaedam contagia semel exantlata in eodem individuo amplius recurrere nequeunt.
- 4. Conceptionis nulla dantur signa vera.

the Brekler in Amarcon

- 5. Morbi et animalia domestica et homines in Hungaria minus infestarent, si et plures Medici in quolibet Comitatu publice fungerentur, et illi, qui funguntur, majorem haberent auctoritatem in negotiis medicis.
- 6. Conservat usus oblectaminum, valetudinem pervertit abusus.
- 7. Monogamia homini maxime convenit.
- 8. Cataractae maturae sanatio in sola magistri dexteritate reponitur.

Cast dr. 2 Sacchari une. 4, macilagino gummi Trago-

gent, on quantitate, ut masse in truckiscon ore 3

pingue odoris fingraniis, sanoris natero notis; secon-

plexis, animi deliquis, state seconde, imb con re-

profitum odorum cilis proclorencem; evagerato vecic